



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,
Commentarii**

Sacchini, Francesco

Ingolstadii, 1616

Conuertit maleficas duas.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41515

reduceret. Neque id vnum ex excursionem ea Catholicus concionator (hoc enim iam vulgus Canisio fecerat nomen) mox fruendum pretium retulit, sed lucrum etiam præfens. Tenebantur in vinculis sagæ duæ teterrima facinora, compluraque per annos multos veneficiis perpetrata à se homicidia factæ. Magnos in diabolicis artibus progressus habuerant, abiurata ante omnia Christi fide. Sed maiora tanta impietate Dei pietas fuit: quæ miseris antequam supremum supplicium luerent, cum inter Lutheranos sub Lutheranis Principe tenerentur, & quidem Hæretici eas sacrificuli tanquam funestam pestem, & abiecta cadauera superbo fastidio abominarentur, opportunum misit adiutorium, familiare sibi adhæc organum, famulum suum Canisium. Ergò reconciliatæ cum Ecclesia, expiataque sunt, & optima spe ad supplicium præmunatæ. Aliquot præterea Comites feminas, & Comitum vnum aliosque iam Catholicos tempore eodem Canisius & à peccatis absoluit, & monitis præclaris instruxit. In Franconiam inde cum reuerso ex Austria Natali tetendit. Ibi quoque diuini verbi sementem & in arce, & in Ecclesia prin-

Conuertit maleficas duas.

In Franconiam abiit.

h cipe